Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8132
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Q iudices et consiliarij a vino prohibeantur Cap xviij

Verba Rasis autore galieno / vicesimo
secundo continentis / Vinum evitare debent
iudices et consiliarij / Quia dum eorum
corpora replentur calido et vinoso vapore / corrobo-
rantur admodum appetitus animales et irasci-
bilis / inducentia animam cogitativam / ad ve-
locem audaciam in iudicio / Unde fit facile
vino confusi / favore plectentur / a qualicumque
etiam levi commotione indignando / neglecta ve-
ritate / in iniurias prosiliunt / quod ipsis
maximo cedit contemptui / forte non compe-
tit / bibere vina fortia / presertim immoderate /
Sed ut ingenij acumine / causarumque clariori
discussione / promptius hylariores / sine te-
dio et ignavia discurrunt / bibant ne pru-
dencie fines exiliant / mediocria mediocriter /
Ita dixisse de vinorum administracione / sufficiat /
Que adnectendo / ut condicius singula reddantur /
mox subsequentur

Q vinum noceat nervis Cap ix

Nervis vinum noc

phisica hizici omnes testantur / vinum a tota
complexione / nervis contrariari / Cum sit
calidum et humidum / nervi vero (teste
galieno primo complexionum) frigidi et sicci /
(Calida vero frigidis / et humida siccis dissonant /